



Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Peccatum veniale quare sic dicatur, & in quo differat à mortali.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

Deum plus quam quamcumq; rem creatam, & econtrario amatur a Deo ut charus amicus. Quia ergo priuat hominem spirituali hac vita, quae consistit in charitate, ideo dicitur & est peccatum mortale, & etiam quia facit hominem dignum morte aeterna, hoc est perpetua separatione a vita cœlestis patriæ, adiuncta simul perpetua miseria. Consistit autem omne peccatum mortale in offensa diuinæ amicitiae: quia quilibet peccans mortaliter, vel expresse, vel interpretative refutat Deum pro ultimo fine suo, & pro amico suo: dum manu illi implere voluntatem suam quam Dei: & ideo David dicebat Deo, Tibi soli peccaui. Et si hoc non penetras, vide ex contrario, quod existens in charitate præfert in amore suo Deum omnibus amabilibus, delectabilibus, honorabilibus, horribilibus &c. & sic videbis quod peccans mortaliter, ac per hoc amans aliquid aliud plus quam diuinam facere voluntatem, remouet Deum a loco suo quem in corde illius habere debet: quia non præfert amplius eum omni amabili &c. sed illud in quo peccat mortaliter, plurius facit pro runc quam diuinam voluntatem.

*Peccatum veniale quare sic dicatur,
in quo differat a mortali.*

Veniale autem peccatum non infringit diuinam amicitiam: utpote non contra sed præter diuinam existens voluntatem, non contra sed præter charitatem, non contra, sed præter diuina præcepta, & ideo veniam a Deo amico meretur: quemadmodum in humanis amicitiis si quis displicens amico, salvo tamen amicitiae fecidere acciderit, facile remittitur.

Pedagium illicitum, vide in verbo, Vetus gal.

Sig-